

Elff. 59.5.

an 134

DIVINA PVNCTORVM  
VOCALIVM ET ACCENTVVM  
CODICIS HEBRAEI ORIGO NONDVM  
DEMONSTRATA.

---

DISSESSATIO CRITICA  
QVAM  
AMPLISSIMO PHILOSOPHORVM ORDINE  
CONSENTIENTE  
SVB PRAESIDIO  
ERNESTI AVG. GVILIELMI  
HOERSCHELmanni  
PHILOSOPHIAE DOCTORIS IN ACADEMIA IENENSI  
PVBLICAE ERVDITORVM VENTILATIONI  
SVBIICIET  
CHRIST. CAROL. FRIDER. SCHARTOW  
BEROLINAS,  
S. S. TH. NEC NON L. L. O. O. CVLTOR.


---

IENAE, DIE XV. DECEMBR. MDCCCLXIIII.

---

LITERIS STRAVSSIANIS.





§. I.

Pertractabo, Lector! argumentum, in critica sacra notissimum; a nonnullis hoc, ab aliis alio modo diiudicatum et maxime controuersum: argumentum, quod dici non potest, quam studiose a plurimis sit pertractatum; quem largum in fontem multarum, immaturarum saepe, hypothesis degenerauerit et quas lubricas in vias philologos deduxerit. Quem his in paginis mihi proposui scopum, nullus alias est, quam, diuinam punctorum Codicis ebraei authentiam nondum esse demonstratam, in apricum ponere. Hac de ratione celeberrimorum virorum pro diuina punctorum origine argumenta, quae legisse mihi contingit, proponam. Tum vnicuique eorum rationes quasdam adiiciam, ex quibus, ea aut falsa, aut non sufficientia, debilia et quasi aegrotantia esse. appareat.

§. II.

Quando de diuina punctorum Codicis ebraei origine quaerimus, scire optamus, an *signa vocalium et accentuum hodierna libris lacris ab ipsis eorum autoribus. Σεπτένσοις* sint *adscripta?* Notum satis est, quam diuersa ab eruditis responsa ad hanc quaestionem data sint. Totam hanc paginam nominibus explore possemus eorum, qui eam aut affirmarunt, aut negarunt; aut simpliciter aut certis cum restrictionibus. Inter

A

eos,



eos, qui diuinam punc̄torum originem negarunt, eminet Iudeus ille germanus, qui Romae Cardinalem multosque alios literis ebraicis instituit, Elias ille Leuita, culpatus ab his laudatus ab illis. Vix praefatio libri Masoreth Hommasoreth Critici huius inter Iudeos optimi, innotuit; cum permulri sententiae eius accederent, permulti eam reicerent. Agmen horum posteriorum duxit Buxtorfius P., qui in Commentario suo Masorethico quasdam contra Eliam rationes proposuit, contrarias Eliae rationes discutiens. Ludouicus autem Capellus, Academiae salmuriensis Professor, pro sententia Eliae, tanquam pro aris et focus, dimicans, Buxtorfio tractatum quendam manuscriptum. punc̄torum nouitatem defendantem, et antiquitatem refutantem, nescio quare? (sine dubio enim Capellus, a Buxtorfio edoceri, animum non habebat) transmisit; quem hic remittens, respondit, laudandam quidem esse eruditionem Capelli, non tamen omnes ingetii eius foetus esse assumendos. Eundem tractatum, paululum correctum et auctum, postea Leydarn, ad D. Erpenium transmisit, qui hoc de scripto summe gauisus, id in lucem medi, anxie curauit; dignum id censens, quod omnes in sanguinem et succum conuerterent. Prodiit igitur tractatus sub titulo: *Arcanum Punctionis revelatum.* Et ex hoc tempore magni inter eruditos exorti sunt motus; multis et magnis viris Capellum defendantibus, aliis multis et itidem magnis eum contemnentibus. Isaac Vossius, Bronus Waltonus, Io. Prideaux, Stephanus Morinus, Elias du Pin, Philippus a Limborch, Scaliger, Reuchlin, Mercerus, Zwingerus, Casaubonus etc. Eliam et Capellum tuebantur. Abraham Calouius, Io. Owentis, Iosephus Cooperius, Gisbert Voetius, Matth. Wasmuth, Io. Ligtfoot, Io. Francis. Turretinus, Brochmannus, Osiander, Waltherus, Glasius, Dannhauerus et alii a partibus Buxtorfiorum stabant atque antiquitati punc̄torum faebant. Riuetus et Spanhemius a principio in Capelli sententiam, iurauerant. Cum autem Buxtorfi Anticriticam et tractatum de punc̄tis legissent, conuerterunt se toto ex pectorc ad Buxtorfium, seque, sententia Capelli abnega-

abnegata, grandi onere liberatos credebant. Ceterum con-  
 trouersia haecce omnia sere experta est fata, quae bella erudita,  
 inter homines infirmos et affectuum funibus saepe vincitos gessa,  
 experiri solita sunt. Qui Wasmuthi Vindicias sacrae scripturae  
 vel leuiter inspiciet; conuicia, nonnisi a plebe et infima mul-  
 titudine timenda, relata inueniet. Inueniet nomina deliran-  
 tium, stultorum, fatuorum, peponum, asinorum et quid non?  
 praesertim a Vossio et Scaligero aliis imposta. Viros istos, hoc  
 aestu actos, saepe a scopo aberrasse et in absurdâ incidisse, quis-  
 que conjectura facile assequi potest. Omnino confiteri nos  
 oportet, Elianistas non omni ex parte esse laudandos: secundum  
 Capellum sacer codex cum Cicerone, Plauto, Terentio et aliis  
 profanis autoribus ratione conseruanda integratatis pari passu  
 ambulat. Impingit hic omnino vir magnus. Quamquam enim  
 in doctrina de prouidentia diuina circa codicem sacrum a Iu-  
 daica superstitione recedendum sit; cauere tamen sibi quemque  
 oportet, ne in aliud incidat extrellum, quo nihil assumitur,  
 nisi quod ex animo vano, dissoluto, et omni religione vacuo  
 profluxit; quo omnis cogitatio de speciali quadam diuina cir-  
 ca codicem cura aut inter fabulas refertur aut inter cogitatio-  
 nes pias i. e. tales, quae ab ignorantia, a pietate concomitata,  
 originem ducunt. Et quem in labyrinthum se ipsum duxit Vos-  
 sius? Quam longe extra oleas vagatus est? Ut chronologiam  
 suam ad coelum usque efferre possit, plura absurdâ, plures erro-  
 res maioris ponderis et irrisio[n]i magis subiectos assumebat, quam  
 ii erant, quos in aliis albis dentibus deridebat. Codicem sa-  
 crum corruptum et mutilatum vocabat; versionem lxx. inter-  
 pretum solam sinceram, solam *αραιάρητον* praedicabat: Codex  
 sacer humani quid erat; versio lxx. autem opus Θεό-  
 πνευσον. Loca scripturae sacrae erant suspecta; at Iosephus  
 erat vir, fide dignior, quam ipse Moses aut Iesaias. Cur au-  
 tem haec omnia? ut scilicet, 6000. annos a creatione mundi  
 usque ad Christum effluxisse, possit assumi. Cur autem hoc erat  
 assumendum? quoniam Vossio placebat. Tales periculosae hy-  
 pothe-

A 2



potheses ab aliis pro consequentiis negatae antiquitatis punctorum necessariis habebantur. Omnem igitur mouebant lapidem, diuinam punctorum codicis ebraei originem firmis, vt sibi persuadebant, argumentis in apricum ponere; nouitatem autem eorum quoquis modo destruere. Hic, omnino (haud negandum est), asseclae Buxtorfii non omni culpa carebant. Eorum adversarii ipsis nil nisi atheistae, scurræ et tales videbantur, quibus religio quasi sorderet. In oculis eorum erant homines, qui omni amore, omni reuerentia erga verbum diuinum egerent; qui papiro fauerent; verbo: homines, qui a communione ecclesiastica essent excludendi. Rebus sic se habentibus, quid inde aliud sequi poterat, quam rixari, iniuriis lacerare, et litem sub iudice relinquere? Nonnulli, litigantium rationes sine partium studio ponderantes, se, si vterius progrederentur, ita in angustum coniici, haud stulte suspicabantur, vt pedem referre non possent: Inde ad ἐπέχειν confugiebant, litemque illam ad parua et exigua referebant. Splendent hic nomina Chamierii, Marckii, Pfaffii, Weismanni ceteri.

### §. III.

Priusquam ad euertenda eorum argumenta progrediar, qui diuinam punctorum originem defendunt; non possum non haec adnotare. Scilicet, vt in principio ſphi praecedentis dixi, per diuinam punctorum originem intelligitur, quod puncta ab ipsis librorum sacrorum autoribus consonantibus sint adscripta. Qui igitur diuinam vocalium et accentuum authentiam defendere, sibi sumunt, eos demonstrare oportet, quod IPSI viri Deontévous vocales et accentus textui sacro adiecerint. Sedulo hoc memoriae est insigendum, nunquam obliuioni dandum, nisi falli et glaucoma ante oculos nostros obiici volumus: fuerunt enim, et sunt adhuc hodie inter eruditos, qui speciem defensorum diuinae punctorum authentiae prae se ferunt, reuera autem nil nisi puncta per antiqua, non diuina, statuunt. Pertinent huc, qui Esdras vniuersalem quasi punctatorem constituunt, a cuius

cuius manu, dirigente, vt sese exprimunt, lapsumque omnem  
 praecauente *Georueusia*, totus codex vocales et accentus, vt do-  
 num diuinum, acceperit. Si autem hanc hypothesin iusta ex-  
 minamus statera, videbimus, quod eius autores destruant, quod  
 aedificant, contra se ipsos pugnant et affirmata negent. Ete-  
 nim si sacer codex demum ab Esdra punctis est instructus; longa  
 fuit periodus, a Mose scilicet usque ad Esdram, in qua biblia  
 non punctata extiterunt. Quaeritur ergo, an hac in periodo  
 scriptura ambigua fuerit, nec ne? Asseclae enim Buxtorfii inter  
 alia argumenta pro diuina vocalium et accentuum origine et hoc  
 proferunt, vt infra videbimus, sensum scripturae sacrae sine pun-  
 ctis esse incertum, ambiguum et fallacem. Scopum igitur scrip-  
 turae sacrae perire; siquidem ea hominibus sit data, vt viam ad  
 aeternam salutem ex ea cum certitudine discere et regulas co-  
 gnoscere possint, ad quas vitam suam dirigere debeant, si deo  
 accepti esse velint. Exinde igitur, concludunt ad necessitatem  
 punctorum codicis ebraei et ad eorum diuinam originem. Po-  
 namus, haec ita se habere. Quaerimus igitur, an in longa illa  
 periodo scriptura ambigua fuerit, nec ne? si aduersarii dicunt;  
 ambigua fuit: quisque facile videt, scopum scripturae sacrae  
 per longum temporis spatium periisse et homines, tum vitam de-  
 gentes, certa viae salutis euissile cognitione; quod ipsis conce-  
 dere haud possunt. Si autem aduersarii respondent; non am-  
 bigua fuit: pugnant contra se ipsos, dum alibi dicunt, puncto-  
 rum absentiam necessario ambiguatem inuoluere. Nihil est,  
 quando hic porro respondent, in isto temporis spatio viros vixisse  
*Georueusos*, qui, quando lectio dubia fuerit, letores insti-  
 tuere eisque veram lectionem monstrare potuerint. Viri enim  
*Georueusoi*, etiamsi semper *Georueusia* gauisi fuissent non tamen  
 omnibus in locis aderant, ubi codex sacer legebatur. Instituere  
 igitur omnes, eosque veram lectionem docere, nec omnibus  
 temporibus, nec omni loco fieri a viris diuinis potuisset. Vbi  
 itaque erat fons certae lectionis in talibus interuallis? Apparet  
 ex his, hypothesin illam de Esdra, punctatore vniuersali, defen-  
 soribus



foribus originis diuinae punctorum clypeum papyraceum esse,  
qui, dum tueri debet, sagittis perforatur, quas depellere debebat.

§. IV.

Argumenta pro diuina vocalium et accentuum authentia  
a Wasmutho hunc ordinem in commodum rediguntur, ut pri-  
mo grammatica, post historica, tandem theologica proferat.  
Sequemur Wasmuthum; haecque argumenta, vnum post alte-  
rum, perpendamus, videamusque, an talia sint, quae conuictio-  
nem pariant.

§. V.

Argumentum grammaticum ita se habet: \*)

Quicquid per primaeuam mosaicam et propheticam ori-  
ginem competit hodierni sacri Textus hebraei literis consonis,  
ceu vni parti essentiali scripturae hebraeae; idem etiam per  
eandem originem competit quidem punctis vocalium et aec-  
centuum, ceu alteri eius parti essentiali et coaeuae literis.

Atqui authentia diuina plane et infallibilis, per primae-  
uam Mosaicam et propheticam originem, competit hodierni sa-  
cri textus hebraei literis consonis, ceu vni parti essentiali scrip-  
turae hebraeae.

Ergo etiam competit punctis vocalium et accentuum.  
De minore non est, vt multa dicam. Concedere eam possum,  
et nihilominus argumentum nihil valebit pro diuina puncto-  
rum origine. Interim haec adnotare lubet, scil. Minor propo-  
sitio vindicatur a Wasmutho I antithetice, per defectum pro-  
bationis contrariae. Confiteor, argumenta a Capello, Briano  
Waltono prolata, literas hodiernas non esse primaeuas Mosai-  
cas et propheticas, sed recentiores babylonicas, quas Esra post  
solutionem captiuitatis babylonicae, restauratae a se scripturae  
sacrae primus adhibuerit, et deinceps populo iudaico commenda-  
rit, relictis samaritanae genti, ob grauissimum odium, primigeniis  
scrip-

\*) vid. Wasmuthus, in Vindiciis S. hebreæ Scripturae, p. 30.

❧ ❧ ❧

Scripturae hebraeae literis, quae sint hodiernae samaritanae;  
neutiquam probanda probare. Quae enim Capelli et Briani  
Waltoni argumenta ponderosissima esse debent, testimonia sci-  
licet talmudica et rabbinica; ea maxime impotentia fiunt, as-  
sumta praeclara Postelli sententia, qua Iudei duplices chara-  
cteres habuisse dicuntur, samaritanos scilicet et hodiernos iu-  
daicos. Illos fuisse vulgares et profanos; hos autem sacros.  
Hos duplices characteres locum habuisse, vsque ad tempora  
Esrae, qui vulgares et profanos samaritanis liquerit, sacros  
autem etiam in vita communi introduxit etc. Hac, inquam,  
assumta sententia, testimonia talmudica et rabbinica nihil vale-  
bunt; et opinio Capelli et Waltoni opinio manebit, non veri-  
tas probata fiet. II Vindicatur minor propositio thetice; vbi  
Wasmuthus probare vult, hodierni textus sacri literaturam esse  
**1** omnium primam, **2** in vetustissima hebraeorum gente sine cor-  
ruptione diuinitus conseruatam, **3** ipsorum oraculorum diuino-  
rum prototypum characterem factum. Quomodo autem pro-  
bavit? Probatio numeri **1** nihil aliud affirmat, quam, Adamum  
potuisse loqui i. e. non mutum fuisse; et valde improbable  
esse, illum non potuisse scribere. Quod autem Adamus ho-  
diernam literaturam hebraeam habuerit, neutiquam ex rationi-  
bus sat firmis probatur. Numerus **2** inde probatur, quoniam  
posteri Heberi in Mesopotamia manserunt, donec Abrahamus  
a Deo in terram Canaan est vocatus. Ex quo Wasmuthus con-  
cludit linguam posterorum Heberi incorruptam mansisse. Quo-  
niam autem in hoc argumento nihil de literatura hodierna ex-  
stat, id non maiorem habet vim probandi, quam argumentum  
ad num. I. Ad probandum numerum **3** dicta quaedam profe-  
runtur e. g. Es. II, 3. VIII, 20. Rom. IX, 4, III, 2. Quae autem  
dicta nullo modo probant, literaturam hodiernam esse eam, qua  
oracula diuina stylo sint signata. Porro dicitur, codicem sa-  
maritanum ex hebraeo translatum esse. Sed etiam si hoc verum  
sit, tamen inde non sequitur, hodiernam literaturam, proto-  
typum characterem fuisse oraculorum dipinorum.

§. V.

Ad maiorem autem propositionem, quod attinet, ea negatur ac pernegatur. Vindicare eam quidem vult Wasmuthus, partim antithetice, partim thetice. Vindicatio antithetica nihil ad me: in vindicatione thetica probandum est, figuræ vocalium et accentuum esse partem essentialē scripturæ hebreæ. Et hoc ex eo probare voluit Wasmuthus, quoniam vocales et accentus formam certae significationis vocum nec non distinctiones et coniunctiones sententiarum efficerent in scriptura hebreæa. Hoc autem, quod ad vocales attinet, probare voluit *in se esse mutas, nec sine vocalibus ullam tenus moueri posse i.e. non solum non pronunciari, sed nec oculis legentis sub certa significationis forma sibi posse, antequam motiones illae accedant et literas ac vocem ad motum animent.* Ad hoc respondens, concedo *a* literas sine vocalibus pronunciari non posse. At nos hic non loquimur de pronunciatione, sed de scriptione. Quæstio igitur est, an literæ sine vocalibus scribi possint, nec ne? Nonnisi Stultus negabit, literas sine vocalibus scribi posse; et nonnisi stultus affirmabit, literas sine vocalibus pronunciari posse. Diuersissima igitur sunt pronunciatione et scriptio. Quicquid de illa valet, non ideo valet de hoc; et vice versa. *B*, concedo, quod, si quis literas sine vocalibus legere vult, accedere oporeat motiones seu vocales. Scilicet ille, qui legere vult sine punctis, ipse in mente sua addit vocales secundum regulas grammatices et analogiam linguae; et, hoc facto, legit scripturam non punctatam et intelligit eam. Non autem necessè est, vt ab ipso autore scripturæ cuiusdam vocales adjiciantur. Et si Wasmuthus verba illa: *nec oculis legentis sibi posse*: hoc sensu sumi vult, quod *figurnæ vocalium ab ipso autore accedere debeant*; fallitur omnino; et contra se ipsum pugnat, dum in ipsis vindiciis loca rabbinica, non punctata adduxit; in latinam linguam trānstulit; et bene intellexit. Haec loca intelligere non potuisset, nisi vocales accessissent, quas autem

tem non autores figuris expresserunt; sed quas ipse vir doctus secundum regulas grammatices et analogiam linguae atque in vocibus dubiis, pro ratione contextus addidit. Ex quibus sequitur, figurās vocalium non esse partem essentialē scripturae hebraeae. Hoc tamen wasmuthus probare vult 2 inductione multorum exemplorum, vbi voces non tantum solitariae, sed et in ipso sermonis contextu, citra vocalium præsentiam, incerta significatione dubium faciant lectorem. Quod ad argumentum lector respcionem meam infra inueniet, vbi theologica refutauit argumenta. Ibi enim idem hoc occurrit, quo aduersarii, scripturam sacram sine punctis non fore perspicuum et certam, probare conantur. Quod ad accentus attinet, dicit Wasmuthus, eos designare distinctiones et coniunctiones vocum ac sententiarum. Verum hoc quidem est; sed non inde sequitur, accentus partem essentialē scripturae hebraeae. Alias enim concéndendum nobis esset, nullum scriptum hebraeum, accentuum figuris destitutum, legi a nobis posse. Quod autem quotidiana repugnaret experientiae; dum scripta rabbinica accentuum et vocalium figuris destituta, legere ac intelligere possumus. Evidem scio, quantum aduersarii inter scripta rabbinica et codicem sacrum ponant discriben, ita, ut ab illis ad hunc neutquam consequentia valeat; sed et de hoc discribente infra quaedam differam, ex quibus, id tantum non esse, quantum esse dicitur, apparebit.

### §. VII.

Pernenimus ad argumenta historica. Horum ex numero varia apud patronos diuinæ punctorum originis inuenio. Primum, idque præcipuum, sine dubio, est, quod desumitur a testimonio Masorae. Hic aduersarii ita argumentantur:

Quicquid in sacro textu hebraeo antiquius aetate Esrae et virorum synagogae M. proditur, ynanimi testimonio prisorum autorum Masorae, id a viris propheticis profectum, diuinam ac authenticam agnoscit originem.

B

Iam



Iam vero assignatio punctorum ad Consonas antiquior aetate Esrae et vitorum synagogae M. proditur, vnanimi testimonio priscom autorum Masorae, Ergo etc.

At! At! qui super hoc argumentum aedificant, innituntur baculo carioso, qui vel vnico iectu potest frangiri. Ut enim nihil de maiore dicam, quae neutiquam rectissima est, de minore tantum haec proferam. Scilicet ad hanc minorem propositionem probandam, prouocant aduersarii ad notas Masoretharum, ad ipsa textus puncta spectantes. Adducunt ideo multa ex libris Mosis et aliorum exempla, vbi Masorethae varia circa puncta mouerunt. Concludunt vnde: *Masorethas non adscriptissim demum textui sacro puncta, sed punctis sic in textu repertis, et pridem ante extantibus, notas et i[n]scriptio[n]es suas adiecisse, ad praeuertendam scolorum, in corrigendo textu, temeritatem.* Sed perpendamus! an hoc sit minorem propositionem probare. In minore dicebatur, ex testimonio Masoretharum apparere, assignationem punctorum antiquiorem esse, aetate Esrae et vitorum synagogae M. Nunc in probatione eius nihil aliud inuenitur, quam, puncta prius in textu fuisse, quam Masorethae notas suas fecerint. Quomodo haecce coherent? An forte discussum et a toto orbe eruditio approbatum est, Masorethas, si non ante Esram, tamen cum eo simul vixisse? sine dubio aduersarii hoc, ut certissimum, assumunt atque supponunt. Alias enim argumentum eorum plane inutile et leuissimum esset. Quomodo autem id probabunt? Argumentum firmum huius hypotheseos legere, mihi nondum contigit. Id quidem me legisse scio, Haggaeum, Zachariam, Malachiam, Zorobabelem, Mardachajum, Iosuam Potifarem, Nehemiam, Esram et alios inter Masorethas numerari; et statim a Carpzouio addi; horum in dubium vocare fidem, idem esse, ac diuinae refragari auctoritati; ut scilicet (sic mihi videtur) terror sanctus lectoribus iniciatur, hique ab ulteriori dispuitione arcentur. Verum dictatore aliquid dicere non est probare. Nemo eruditorum posse potest, nec posset, si prudens ac sobrius est, ut alii, quicquid

quid profert, credant, ideo, quoniam protulit. Si itaque aduersarii, argumentum pro diuina punctorum origine, a Masorethus desumunt, conuincere, volunt: probent ante omnia eam aetatem Masoretharum, quam in ipso arguento assumunt. Et probent id, non eiusmodi argumentis, quaenullius sunt ponderis; qualia ea sunt, quae a testimonio recentium iudeorum desumuntur, quippe qui hac in causa nonnisi testes sunt suspecti. Probent id argumentis sat firmis, praesertim, cum rationes in promptu sint, ob quas Moses et Haggaeus et Zacharias et Zerobabel et Esra et alii viri inspirati e numero Masoretharum sint eiiciendi. Circa quod enim versantur Masorethae? Versantur circa correctiones mendorum, ex incuria librariorum in codicem illapsorum. In margine aliter legi volunt, quam in ipso textu extat. Effectus ignauiae sive leuitatis librariorum, nonnullas literas aut exaggerantium, aut imminuentium, aut inuertentium, ut clara Mysteriorum diuinorum considerant signa. Versus, voces, literas et quidnon? numerant et saepe falso numerant. Conf. Richard Simon in Hist. critique du vieux testament. libr. I. cap. xxvi. p. 140. edit. Rotterdam. Tales autem minutias grauissimis viris Θεοπνέυσοις adscribere, nemo sibi sumet, nisi, qui magnum virorum istorum nescit scopum aut magnum, quod inter spiritum sanctum et viros Θεοπνέυσεως fuit, negotium in dubium vocat. Scopus enim eorum, quo homines ad viam salutis aeternaeducere debabant, non tantum ipsis relinquebat otium, ut vastissimum illud opus Masorethicum incipere aut absoluere possent; praesertim, cum Esras, Nehemias et Zerobabel et alii reipublicae Iudaicae constituendae curam gererent; qua in cura omne consumebant tempus. Commerciū autem spiritus sancti cum viris illis, concipere nobis haud remittit, quomodo in numerandis commatibus et literis errare potuissent. Correctiones mendorum dignae quidem essent, quae viris diuinis tribuantur. Sed tribui iis ideo non poslunt, quoniam in ipsis Mosis, Esrae, Dauidis et Zachariae scriptis eae inueniuntur. Aut dicere ergo nos oportet, ipsos autores Θεοπνέυσεως



1785 veram nesciuisse lectionem, aut assumere cogimur, eos studio veram lectionem in margine collocasse, subreptitiam autem in textu reliquise. Illud absurdorum absurdissimum est. Hoc vero itidem reiciendum est, quoniam primo literae, in textu extantes ubique fere sensum dant bonum et aptum; deinde potius credibile est, viros istos, diuina autoritate pollentes, lectionem subreptitiam non solum in libris suis propriis, sed in toto etiam codice plane deleturos fuisse. Rebus sic se habentibus, dubito, an aduersarii firmas afferre possint rationes, ob quas primi Masoretae in tempora Esrae sunt collocandi. Quamdiu autem, hoc non extra dubitationis aleam est positum, tamdiu argumentum, a Masorethis desumptum omni carebit neruo. Ceterum Buxtorfi et alii hic triumphare videntur, quando, contra Capellum disputantes, Tiberienses Masorethas rationibus qualibns-cunque ex numero Maloretharum excludunt; et deinde ad veritatem hypotheseos suae concludunt. Hoc ipso tamen non probant, quod erat probandum; sed tantum Capello quodam modo occludunt linguam.

### §. VIII.

Ad probandam diuinam punctorum originem prouocatur ad testimonia Iudeorum. Et quidem Buxtorhus omnes Iudaeorum doctorum classes, scil. Talmudistas, sabbatistas, et philosophos, sub quibus et grammatici, critique comprehenduntur, testimonia illa exhibere dicit. \*) Profert itaque ex omnibus aliquid; Nimurum, quod ad Talmudistas attrinet, profert sequentia: 1) non ἐγαγόντες esse, nullas in Talmud accentuum vel punctorum figuras exprimi.\*\*) Cur? quoniam, et si codices talmudici, secul. XVI. Venetiis et Basileae impressi, punctis et accentibus carevent, fieri tamen potuisse, ut scribae posteriores, vel expigritia vel negligentia vel etiam ex consuetudine aut compendii causa puncta omittent. Non improbabile

\*) vid. Buxdorf. in tract. de Antiquitate punctorum.

\*\*) Buxtorf. cit. loc. cap. vi.

babile hoc esse, vel inde apparere, quod hebrei testentur, insigniora et selectiora vetera exemplaria manuscripta mischnica, quae textum talmudicum continent, qui secundo Christi seculo conscriptus vel collectus est, et punctis et accentibus notata fuisse; ut scilicet non minor circa scriptio[n]em esset legis oralis, quam legis scriptae perfectio, dignitas et maiestas. Quam debile, quam infirmum hoc sit argumentum, vel voces istae: fieri potuit; non improbabile est: nos docent. Magis infirmitas eius elucet, quando testimonia hebraeorum proferuntur, quibus, insigniora manuscripta Mischnica punctis et accentibus notata fuisse dicitur. Audiamus horum hebraeorum laudata testimonia! Ephodaeus in praefatione libro suo prafixa sic scribit: **רְעֵא כִּי חָרָן הוּא מַחְשִׁירֶוּ בְּטֻמְּנִים הַנְּכָר עֲשֵׂה** שהוֹה מַיוֹחֵד לִמְקָרָא כְּכָר נָהָנוּ בְּהַקְרָומִים בְּמִשְׁנָה וְהַצְּדָקָה אֲוֹתָה: בְּקִבְשִׁוּת הַנְּבָרוּת בְּטֻמְּנִים: וְעַל דָּרָךְ קְרִיאַת הַמִּקְרָא לְפִי שְׁהָיָה נִזְלָה אוֹ רְבָה כְּלָלִים עַל הַתּוֹרָה שְׁכָלָל פָּה וְלוֹתָה בְּחַרְוּ בְּקִרְיאַת הַעֲוֹרָת עַל הַשְׁמִירָה כְּלַבְכָּות וְלוֹתָה הַמְזָא כָּל סְפִּירֵי הַמְשָׁנָה הַקְרָומִים כְּתוּבִים עַם הַנְּכָר וְהַטְּמֵנִים.

R. Asarias in Meos Enajim cap. 59. fol. 180. col. 2.  
haec habet:

וְאָנוּ בְּשִׁכְבָּר הַיּוֹם אֲשֶׁר עָכֶר וּקְוקָק קַצָּה סְפִּירִים עַל יְדֵינוּ רְאוּתֵינוּ שְׁנִי סְפִּירִים מִמְּחַק שָׁנָה עַם הַנְּקָרוּת וְטוּמָם מִפְסִיקִים

מִצְרָף לְחַכְמָה 10. fol. R. Ioseph del Medico scribit in libro fol. 1. col. 1. רְאוּתֵינוּ מְשָׁנָה בְּכִי עַם הַנְּגִינָה וְאָם בְּהַוָּה שְׁבָעָה בְּרַכְתָּה שְׁבָעָה.

sed! quosnam Ephodaeus per codices mischnicos antiquos, imo antiquissimos intelligit? In capite nono eiusdem libri, in quo locus allegatus inuenitur, prodit, se per codices antiquissimos eos intelligere, qui 300, a tempore suo annis sunt conscripti. Vixit autem Ephodaeus secundum Buxtorfum anno p. R. S. 1401. Ergo per codices antiquos ii intelligendi sunt, qui seculo undecimo aut duodecimo sunt conscripti. Per magnum vero

vero interest interuallum inter seculum XI. et tempus illud, quo Mischnajoth originaliter sunt scriptae. In hoc interuallo per multa exemplaria Mischnica puncta accipere potuerunt. Neutquam igitur concludi potest: Mischnajoth seculo XI. fuerunt punctatae: ergo originaliter sunt punctatae. Hoc itidem ad testimonia R. Asariae et Iosephi del Medico potest responderi. R. Asarias vixit secul. XVI; R. Ioseph sec. XVII. Etiamsi R. Asarias codicem punctatum, quingentis annis antiquorem, vidit, ab hoc tamen codice ad originale Mischnae consequentia haud valet. Rursus enim eius origo inseculo XI. est quaerenda; et forte idem fuit, quem Ephodaeus habuit. Nihil itaque aliud exinde sequitur, quam, codicem Mischnicum punctatum seculo XI. extitisse. Testimonium R. Iosephi ne hoc quidem docet, sed dicit tantum in genero, Mischnajoth punctatas in mundo esse. Hoc autem concedi potest, salua nouitate punctorum.

### §. IX.

Probare vult Buxtorfius 2, (tangit quidem vir doctissimus aliud momentum, priusquam ad hoc venit; praeterire autem id lubens volo; quoniam in eo, quod impugnare videtur, concedit; atque, si verum dicendum, non ita respondet, quomodo tantum virum responderere decet) *punctorum et accentuum omnino in Talmud mentionem fieri*. Inter loca, quae ideo ex Talmud hic proferuntur, hic est praecipiūs? **מאי רכתיב**? וקראו בספר תורה האלהים מפוש ושם שכל ויבננו מקרת זוה הרגום: ושם שכל אלו הפסוקין ויבננו במקרא אלו פיסקי טעמים ואמרי ליה אלו המסורת שכחים וחזרו וסדרו. ■

Sed ipse Buxtorfius P. in epistola ad Capellum confitetur; \*) id eum semper perplexum tenuisse, de potestate potius quam de figuris punctorum loca haec talmudica, esse intelligenda.

Et  
\*) vid. Capelli vindicias pag. 843. edit. Amstelodam. a Iac. Capello prouocatae.

Et omnino, quam diu aduersarii probare non possunt, quod hic de figura vocalium et accentuum, non de potestate, sermo sit; tamdiu argumentum eorum plane nullum est. Ostendere quidem vult Buxtorfius, sermonem hic esse de figuris punctorum, et hunc in finem nonnulla ex R. Salomone, R. Nissim et R. Bechai in medium profert loca. Sed et ad haec loca responderi potest, quod non nisi de potestate punctorum Rabini loquantur. Ergo etiam de his locis asseclas Buxtorfi demonstrare oportet, quod non de potestate, sed de figuris punctorum verba faciant Rabbini. At hic non sufficit, si quaedam commentata ex R. Asaria et ex Ephodaeo adducuntur, in quibus, quod illis in locis talmudicis figurae vocalium sint intelligentiae, expresse dicitur. Scimus enim characteres R. Asariae et R. Ephodaei. Erant hi viri anti-Elianistae. Erant inimici sententiae de nouitate punctorum. A partibus stabant eorum, qui aut inscitia aut metu aut vana gloria ducti punctorum antiquitatem obstinate defendebant. Loquebantur itaque, ut leges factionis, cui adhaerebant, eos loqui iubebat. Quicquid proinde locuti sunt, non est nobis, nec esse potest, sententia rata; sed ita se habet, ut quaevis sententia Capelli; quae, si sufficienter est probata, assumenda, si non, reiicienda est.

#### §. X.

Post talmudica, cabbalistica proferuntur scripta. Affert Buxtorfius I ex Aben Esrae praefatione rythmica, Bibliis praefixa, expositionem quandam cabbalisticam, qua dicitur, quod septem voces in primo capite Geneseos respondeant septem regibus vocalibus. II ex libro cabbalistico אָנְגָרָת רַמְעָטִים locum, qui in latinam linguam translatus ita legitur: *Ex iis quae indicamus, colligitur et concluditur, quod quicunque vult sanctificare se ipsum, et esse de residuis, quos dominus vocat, ingredi in sanctum interius, et in Palatum, quod est Triclinium et Paradi-*

\*) Buxtorf. cit. 1. cap. V.



Paradisus, debeat se praeparare ad vestibulum, ut per gradus  
 ascendat, ab inferiori ad superiorem, donec perueniat ad coro-  
 nam supremam sanctam. Et sic soluitur obiectio, quae nobis  
 antea mouenda erat; quare et quam ob rem, quid item vide-  
 rint Viri synagogae M. autores mysteriorum accentuum, quod  
 incepert et in principio signarint Sareka eique primum lo-  
 cum assignarint, ut sedeat super folio ipsius Malchuth, et non  
 potius alium accentum in principio collocarint, ut v.g. Ietibb,  
 Pesick aut similem aliquem. Longe sane aequius fuisset, ut  
 inciperet a Tipheka, qui est acentus primus in lege, sub voce  
 בראשין etc. III Ex Rambam scil. ex eius commentario super  
 librum Iezirah fol. 61, edit. Mantuanae haec: *In tribus literis*  
*gutturalibus נ, מ, ע nullibi reperitur Dagesch, in vniuersa*  
*scriptura, prout deprehendimus ex accurata perquisitione et*  
*perlustratione in omnibus libris Babyloniae et Hierosolymae,*  
*neque etiam in libro Hilleliano: sed in נ inuenimus Dagesch*  
*in tribus locis Leuit XXIII, 17. Gen. XLIII 26. Esrae VIII, 18.*  
*quorum omnium ratio nota est in arcanis Cabbala.* Et de  
 his arcanis compositus est liber punctuationis maximus, quam  
 composuit Ref. Assé in Babylonia, qui etiamnum hodie re-  
 peritur in Academia nostra. Non autem firma haec esse tes-  
 timonia, ipse, qui iis nititur, prodit. Quod enim ad locum  
 AbenEsrae attinet, dicit Buxtorfius, Aben Esram adducere ex  
 Medraschin seu Cabbalistis PROCVL DV BIO NON RE-  
 CENTIBVS sed antiquis expositionem etc. Aetatem igitur,  
 qua cabbalistica scripta sunt edita, Buxtorfius nescit. Recte  
 proinde Capellus respondit, nullum ex testimonio illo duci posse  
 argumentum; siquidem fieri potuerit, ut scripta illa cabbalisti-  
 ca post iuuenta puncta sint confecta. Secundum testimonium  
 iterum ex libro est prolatum, cuius autor et tempus incerta  
 sunt. Quid autem certi extali libro potest concludi? semper  
 enim quaestiones remanent, ac autor sit vir, fide dignus? an  
 veritatem scire potuerit, et enarrare voluerit? annon causae  
 subiectiuae adfuerint, ob quas viros synagogae M. autores ac-  
 centuum

❧ ❧ ❧

centuum esse dicit? annon ex ignorantia et Iudaica pietate id fecerit? porro, si relata refert, ex quibus fontibus ea hauserit? ex fontibus puris aut impuris? Has omnes ad quaestiones nisi certa ac indubitata datur responsio, nullum certum ac indubitatum ex libro, de quo loquimur, cabbalistico dici potest argumentum. Tertius, qui adducitur locus, ex Rambam desumptus, maximum habere pondus videtur, et haber, si certum est, Raf. Ashe vixisse circa annum Christi 360. ad 400. si autem hoc negatur, aqua haerebit. Concedatur interea, verum esse, quod de Iudeo hoc Babylonico dicitur; testimonium tamen non nisi contra eos pugnabit, qui, puncta vocalium et accentuum circa annum p. C. N. 500 inuenta esse, statuunt. Contra eos autem, qui diuinam punctorum originem nondum demonstratam esse, dicunt, nullam habebit vim. Nihil enim in eo, quemadmodum in omnibus fere aliis, reperitur, quo, puncta ab ipsis cuiusvis libri sacri codicis autoribus addita esse, vindicaretur. Testimonia omnia, quae proferuntur, non nisi pro antiquitate punctorum pugnant; et paucissima, eaque non certissima, antiquitatem istam ante seculum quintum et quartum ponunt. In quibus expresse dicitur, quod puncta ab ipsis viris Θεοπνέυστοις originem habeant, ea a recentioribus Iudeis, qui post Eliam vixerunt, et contra eum pugnarunt, sunt desumpta. Ex hac ratione ea testimonia omnia ita assumi haud possunt, vt per ea lis discernatur et lingua dissentientibus occludatur. Aben Esra, vt ad philosophos et grammaticos progediar, in libro Tzachut fol. 158. col. 2. expresse dicit, nos punctuationem a Masorethis Tiberiensibus accepisse. Explicat aut detorquet Buxtorfius hunc locum ita, vt nullo, Elianistis amplius sit vñi. Elianistae autem ita respondent, vt, a cuius parte sit veritas, diiudicari fere nequeat. Qua torsione et retrorsione tam Aben Esrae, quam reliquorum philosophorum loca irrita, ieuna et inefficacia facta sunt. Nulla amplius probandi vi polent. Si nihil aliud, hoc tamen ex omnibus hisce apparet, testimonia Iudeorum pro diuina punctorum origine, ad eorum

C

argu-



argumentorum numerum esse referenda, quae rem incertam non incertiores, et certam non certiores reddunt. Eadem sententiam me ferre oportet de testimoniis librorum Zohar et Bahir. Probetur, quod hi libri sint γνωτοι. Non pro concessa et probato sumatur. Non obiciatur iis, qui hac de re dubitant, omnem fidem humanam perire, si librorum γνωστον̄ semper in dubium vocaretur. Sunt enim hoc terricula, qui tantum tironibus in re literaria timorem iniicere possunt.

§. XI.

Concludunt nonnulli ab vniuersali punctuationis et accentuationis inter Iudeos receptione, ad diuinam eius originem. Hac de receptione varia possent moneri, quae autem praeterire luet. Laborat enim in argumento maxime consequentia. Iam id, quod aliquid per antiquum, vtile ac commodum sit, tam prospera vtitur fortuna ut a Iudeis ομοψήφως et παρψήφως recipiatur. Est enim ea Iudeorum natura, vt omnia exosculetur et tantum non adorent, quaecunque a patribus, per longum temporis spatium, ad ipsos peruererunt; praeferim, quando vident, salubria et utilia esse, quae Patres barbatos posteritati tradidisse credunt. Omnes cum fabulas, tum veritates summa cum voluptate memoria repetunt, magnificant, laudant omnibusque, aures aduententibus, ea cum fronde et iis cum gestibus enumerant, quae altam sapient coniunctionem. Falleretur tamen quiuis, qui propterea rei enarratae originem inter viros θεοπνέυστος quaerere, et inspirationem diuinam auctorem eius facere vellet. Offenderet saepe grauitatem horum virorum et ipsum spiritum, qui per eos locutus est. Caveat igitur quisque, ne sic concludat; et, nisi aliud in promptu sit argumentum, hoc, quod vniuersali Iudeorum receptioni innititur; aeternae tradat obliuioni.

§. XII.

Alias rationes pro diuina punctorum origine inueniunt nonnulli in exemplaribus biblicis antiquis, punctis et accentibus

bus instructis. Est scilicet Codex quidam, Hillelianus dictus, qui vocales habet et accentus. Quum autem Hillel circa annum Christi 340. floruerit, summa exinde sequi videtur punctorum antiquitas. Et quum probabile haud sit, Hillelem primum fuisse, qui codicem punctis instruxerit, vterius progrediendum esse videtur, ad viros scilicet synagogae M. et ad ipsum Esram. Magnam prae se fert speciem hoc argumentum. Sed laruam ei demamus et apparebit, nullo id pollere robore, nulla vi. Primo enim de Hillele quaeramus, autore codicis laudati, quis ille fuerit? fuerunt enim, ut notum est, plures inter hebraeos, qui Hillelis nomen gesserunt. Probandum igitur est, Hillelem illum eundem esse, qui Hannasi dictus est, et reuera circa annum Christi 340. vixit. Hoc nisi probatur, codex ille recentissimus esse potest; quemadmodum etiam viri quidam doctissimi eum pro recentissimo habent. Verba Epiphanii nihil valent. Ex his enim tantum hoc clarum est, Hillelem quandam tempore ipsius vixisse. Coniectant viri docti, eum Hannasi fuisse. Illud nemo facile negabit. Hoc coniectura est, non quidem reicienda statim, nec tamen pro certa veritate assumenda. Quod autem Hillel hic codicem aliquem scriperit, in verbis Epiphanii neutquam dicitur. Zacut in Iuchasin fol. 132. non maiorem habet autoritatem, quam Epiphanius. Hic partem codicis Hilleiani antenongentos ab isto tempore annos, exarata vidisse, testatur. Exarata itaque est pars ista seculo VI. (vixit Zacut seculo XV.). Hillel Hannasi floruit seculo IV. Quomodo igitur codex, cuius partem vidit Zacut, seculo VI. ab Hillele exarari potuit? Alia proinde aduersarii proferant testimonia pro sententia, quam tuentur: et hoc eo magis, cum codex ille varia continet, quae tempore Hillelis Hannasi ignota erant. Secundo: posito; de autore codicis dubitari non posse; dubitari tamen potest, an ipse auctor librum suum punctis instruxerit. Non enim sequitur: hic liber est punctatus: ergo ab ipso autore est punctatus. Si hoc sequeretur; totum, quod gerimus, bellum momento esset compositum. Concludere facile possent



aduersarii: Biblia sunt punctata; ergo ab ipsis autoribus sunt punctata. Contra talem consequentiam ipsa pugnat experientia. Habemus scilicet hodie scripta rabbinica, non quidem multa, at nonnulla, punctis instructa. Certo scimus, puncta ab alio Iudeo esse adiecta; et non ab ipso autore. Falso igitur a praesentia punctorum ad eorum authentiam concluderemus. Sic res se habet cum Codice Hillelian. Fieri potuit, vt ab alio vocales et accentus acciperet. Lepida hic est responsio Buxtorfii, dicentes: *fieri potuit; sed et non fieri potuit.* Lepida, inquam, haec est responsio; et solida Capelli, qui *satis sibi esse*, inquit; *ad infringendam argumenti censoris (Buxtorfii) vim omnem, si respondent; fieri potuit.* *Censoris enim esse*, sic pergit, probare, factum id reuera non esse. Etenim qui argumentatur, ille neutiquam in possibilitatibus acquiescere debet. Qui autem vim argumenti infringere vult, ei, possibilitates obiicere argumentanti, licet. Tunc enim non a posse ad esse concludit, sed tantum dicit, rem alio modo possibilem esse, simulque ab argumentante poscit, vt, obiectam possibilitatem locum haud habere, ostendat, si argumentum suum firmum esse velit. Aduersarii igitur ostendant, fieri non potuisse, vt recentiores quidam Iudei codicem Hillelianum punctis instruerent; alias iacturam maximam faciunt.

### §. XIII.

Denique perpendamus, an ex eo, quod Hillel Hannasi codicem controversum punctauerit, (si modo verum est) legitimate possit ad diuinam punctorum originem concludi. Codex iste seculo IV est punctatus. Ergo libri scripturae sacrae, ab ipsis eorum autoribus sunt punctati. Quantis curis distincentur aduersarii, si consequentiam probare debent! Et haec tamen probanda est, nisi hoc argumentum eandem, cum reliquis, sortem experiri, et tanquam res nullius ponderis, reiici debeat. Decipiuntur quamplurimi hoc argumento, dum id ad probandum punctorum diuinitatem proferunt. Reuera enim tantum contra

contra Elianistas, stricte sic dictos, valet, qui Masorethas Tiberienses auctores punctorum faciunt. Horum sententia paululum suspecta reddi potest per codicem Hilleianum. Paululum suspecta, inquam, reddi, non funditus destrui et tolli potest. Remanent enim difficultates quaedam, ut antea vidimus, quae penitus sunt remouendae, quas autem Elianistae semper augent atque exaggerant, ut nihil proficiant adversarii eorum. Contra eos vero, qui firma et sufficientia pro diuina punctorum origine argumenta quaerunt, Hilleli codex non plus habet momenti, quam codices nostri hodierni.

#### §. XIV.

Ad argumenta historica etiam id referri potest, quod ab arte Musica, apud veteres hebraeos laudatissima et notissima, dicitur. *Notum est ex sacris literis*, sunt verba Buxtorfii, *quantus olim in templo usus fuerit Musicae cum vocalis, tum instrumentalis*. Haec ars, hoc exercitium non postremum erat, cui a Davide destinabatur tribus praefantissima Leuitica, ut videre est i Paralipom. XV, 16. XXIII, 5. XXV. tot. quod deinde institutum perficiebatur a Salomone, uti legere est, II Paralip. cap. VIII. Quin et reges aliqui ex Populi principibus ea se delectabant, eamque excolebant. Nunc confidet quini, an id fieri potuerit sine notis, et figuris? an item alios in hac arte potuerint erudire et instituere sine notis, quod tamen fiat necessarium si non potuerunt, tum vel has, quae hodie extant, habuerunt, vel alias. De aliis, quas habuerint, nihil ullibi legitur. Quidam itaque possimus credere, eas notas esse illas ipsas, quibus adhuc hodie sacra cantica in bibliis sunt descripta; quamuis verus ipsorum usus iudeis factus sit incognitus et peregrinus. Concedo I ab hebraeis veteribus cantica sacra decantata fuisse. Sed firmiter credo, non multum artis, non multum harmoniae veteres hebraeos habuisse, quando cantarunt. Hanc in opinionem deducor, perpendens I, Musicam in genere priscis temporibus per miserabilem fuisse, et ratione Melodiae

C 3

et



et Harmoniae, cum hodierna comparari non posse. Decrepitus senex, simplici Cithara strepente, maiorem sentit voluptatem, quam, si ad gustum hodiernum fidibus canere audit; vbi de magna arte et harmonia conqueritur, 2, filios Israelis, exercitu Pharaonis mari rubro mandato, canticum cantasse, vbi sine dubio Melodiam ex tempore fecerunt, et quisque pleno gutture cantauit, prout gaudium de victis hostibus eum stimulauit. Talis autem cantandi modus non multas nec tam varias requirit notas, quam accentus Hebraeorum sunt. II Nego, quod accentus notae haec Musicae fuerint. Concipio mihi rem ita, vti hodie inter nos est. Si canticum cantare volumus, et cantare hoc, nec mera murmuratio nec merus clamor esse debet, componimus nobis melodiam aliquam, ad quam exprimendam certis signis sive notis utimur. Haec signa autem non sunt puncta, cola, semicola, commata seu virgulæ, quibus vocum distinctiones insignimus, sed alia, ab his plane diversa. Sic sine dubio res etiam apud Hebreos se habuit. Eorum accentus indicant quidem, quae voces Textus sint coniungendae, quae separandae. Sed ad indicandum, quibus tonis, qua varietate tonorum textus a cantoribus sit decantandus, aliis opus erat signis. Si quis autem ex me quaereret, quaenam illa signa fuerint, responderem verbis Capelli, dicentis, signa ista non magis nobis esse nota, quam ea, ad quae Pindarus et Horatius cantica sua decantarunt. Ceterum nemo poscit, vt propter hoc argumentum, a Musica arte desumptum, vieta manus dare debeamus. Etenim ipse Buxtorfius, quicquid in eo dixit, vt possibilates, vt coniecturas proposuit.

### §. XV.

Peruenio ad argumenta, theologica dicta. Ponderosissima haec sunt et digna, quae omni, quo fieri potest, studio perpendicularuntur. Imo haec sola sunt, quae sententiam de nouitate punctorum vocalium et accentuum abominabilem reddiderunt; quae sola, quam plurimos de omni disquisitione deterruerunt. Omnes igitur vires, omnesque neruos intendamus, vt hic, quid verum, quid

quid falsum, quid periculosum sit, distincte cognoscamus. Proponitur autem primum hoc argumentum: \*) scripturam esse perfectam, omnisque vel additionis vel detractionis impatientem, ex Deut. IV, 12. XII. vlt. Apocal. XXII, 18. Ies. XL, 8. perspicuam porro, nec anticipitem aut in varios sensus flexilem, ex Proverb. VIII, 8. Ps. XIX. 9. CXIX, 105. 114. II Petr. I, 19. II Tim. III, 16. 17. liquet et alias, contra Pontificios, uberior demonstratur. Absque punctorum autem expressa adiectione, scriptura quam plurimis in locis ambigua, sensus eius incertus, et lector redderetur suspensus. Non modo enim simplicia et extra contextum posita vocabula, dubiae sunt lectionis, v. g. לְבָנָה luna, an sit later, לְבָנָה pavimentum, an tbus, לְבָנָה populus, arbor: item רַבֵּר dixit, an sit רַבֵּר pestis, an loquens, רַבֵּר loqui, רַבֵּר verbum etc. sed etiam intra structuram orationis et contextus, ut ex collatione versionis LXX. constat, vt Tbr. III, 13. pro quia non affigit deus ex animo suo, legerunt interpretes reddentes, διεὶς ἐν απενεγένη ἀπὸ καρδίας αὐτοῦ, quia non respondit ex animo suo, sensu prope blasphemо: Ps. VII, 12. וְעַמְּךָ נִכְּלָה et Deus irascens omni die, contrario sensu legerunt, reddentes, וְעַמְּךָ מִן ἐπάρχων ὁργὴν עד שֶׁלֹּוּת אֲבִי עַל vertentes, ἀξω ἐιρήνην ἐπὶ τὰς ἀρχοντας; adducam pacem super principes: Ps. II, 8. pro: sceptro ferreo תְּרוּעַ confringes eos, legentes תְּרוּעַ verterunt, ποιμανῆς αὐτοῖς, pasces eos. Ies. XXXIII, 2. pro זְרוּעַ brachium eorum, legerunt זְרוּעַ semen

\*) conf. Carpzovius in Crit. Sacra, p. 243.

*semen eorum, reddentes σπέρμα ἀντῶ etc. Ergo, vocalium et accentuum origo diuina sit, necesse est.*

## §. XVI.

Ad hocce argumentum respondeo: I etiam cum punctis voces sunt dubiae tam extra nexus, quam intra nexus. Quod extra nexus sint dubiae apparet ex his exemplis: מַעַל potest significare *praeuaricationem* et *supra*; prout deriuatur aut ab מַעַל aut ab יְעֵן. עַלָּה potest significare *respondebit* et *propter* אל potest esse pronomen demonstratiuum plur. et etiam nomen Dei. אֲתָה potest esse *ligo* aut nota accusatiui. בָּרֶךְ est aut *solus* aut *linum*. בְּטוֹחוֹת potest significare *securitates* et in *praecordis*. גַּע potest significare *vociferationem* et *amicum*. לִפְידָה potest esse *lampas* et *Datiuus nominis oppressio*. סָול est *circumcidere* et *coram*. יְעַלָּה potest significare *ascendet* et *offeret*. Ipsae voces רְכָר et רְכָר inter se confundi possunt; in plurali scilicet, in *statu affixionis*. Nam בְּבִרְךִּיךְ significat verba tua; sed significat etiam pestes tuae Hos. XIII, 14. רְכָר potest esse infinitiuus et status constructus vocis לְבִנְיָס. רְכָר potest significare *lateres vestri et populi vestrae*. In genere *huc pertinent* omnes voces, quae duplicem habent significationem; vbi ex punctis cognosci haud potest, quaenam significatio locum habeat, necne; e.g. נְגַשׁ et *possidere et expellere* significat.

§. XVII.

Priusquam exempla adducam, quibus voces punctatas etiam intra nexus esse dubias appareat, non possum non haec adnotare. Carpzouius l. c. quod codex sine punctis ambiguus sit, ex versione LXX demonstrare vult. Supponit igitur criticus hicce, septuaginta interpretes versionem suam secundum codicem non punctatum confecisse. Et cap. II. Partis II.

§. IV

§. IV. dicit; *Codice, ex quo versionem suam transcrip-*  
*serunt interpretes, arbitramur Hebraico fuisse usos; sed, quod*  
*hallucinationes et perperam lecti textus vestigia docent, non*  
*punctato.* Quaeritur autem ex Carpzouio, vnde Codex non  
 punctatus venerit? Assumit enim, ipsos autores librorum sacro-  
 rum Θεοπνευστι, puncta statim adiecisse. Si hoc verum est,  
 non video, quis Iudeorum codicem non punctatum scriperit.  
 Ante tempora Esrae sane id factum haud est. Iudeorum  
 enim erga Mosen et Prophetas veneratio tanta erat, ut ea, quae  
 a sanctis eorum manibus erant scripta, ullo modo mutare,  
 haud sibi sumerent. Etiam si veneratio haecce ita decreuerit,  
 ut scripta Θεοπνευστι mutarent, sine dubio tamen magnus Esra,  
 sancto ardore ardens, eiusmodi corruptum, depravatum et pol-  
 lutum Codicem funditus extirpasset. Post Esram itidem fieri  
 non potuit, ut Codex punctis destitueretur, quae ipsi auctores  
 adiecerant; quae Esras, summa autoritate pollens, non solum  
 approbauerat, sed etiam emendauerat, eaque conseruanda, re-  
 tinenda ac tuenda synagogae Magnae tradiderat. Proinde ne-  
 que de sacerdotibus, nec de optimatibus, nec de plebe Iudeo-  
 rum credi potest, quod codicem vocalibus et accentibus orba-  
 uerint. Non de sacerdotibus, nec optimatibus: Hi enim pot-  
 ius, sibi religioni duxisse, credendi sunt, aliquid mutare, quod  
 Esras seruandum reliquerat. Non de plebe Iudeorum: horum  
 enim conatus infregisset tota sacerdotum cohors. Vnde igitur  
 biblia non punctata? Omnino Carpzonium eosque, qui eum  
 vbique sequuntur, hic errorem errore oportet cumulare, mox-  
 que ea assumere, quae alibi reiiciunt; et reiicare, quae alibi  
 assumunt.

### §. XVIII.

Quod voces punctatae etiam intra nexus spectatae, sunt  
 dubiae, ex his probari potest exemplis. Verba Gen. XIX, 25.  
 בְּאַתְּה עָשָׂר אֶת־הַעֲלֵי — D sub



*substantia orbium istarum Deum.* Verba Ies. XLV, 8.  
 וְרֹעֵי שָׁמֶן מִפְעֵל וְשַׁחֲקֵת נַזְוֵל אֶרְקָ  
 ita: *stilla-*  
*te coeli!* propter *praeuaricationem*, et *superiores nubes*  
*fluent Iustitia.* Verba Ps. LI, 6. בְּלֹמְדָנָה תְּצִקָּה בְּרַבְּךָ  
 ita:  
*vt iustificeris in eaule tua.* Verba Num. XXVII, 7. בְּנֹת  
 צָלָפְתָר רְכּוֹת  
 ita: *exstruere Tselopbehadum rates.* Plura  
 adducere exempla, superuacaneum est. Qui plura videre vult,  
 euoluat biblia critica, vbi ex versionum summa diversitate co-  
 gnoscer, voces, quamquam punctatas nihilominus tamen saepe  
 esse dubias, ambiguas et obscuras. Obiscis forte, Lector!  
 sensum, si modo puncta adsint, facile e contextu et analogia  
 fidei demonstrari posse. Hoc tibi concedo. At e contextu  
 et analogia fidei sensus, etiam si puncta absint, demonstrari po-  
 test. Consideremus e. g. locum Thren. III, 33. si quis vocem  
 עֲנָנוּ aut ita, vii 2 Samuel XIII, 22. occurrit, aut per cecinisse  
 transferret, reiiceremus omni iure translationes hasce; et quidem  
 priorem, quoniam maxime blasphema esset; posteriorem autem,  
 quoniam contextui haud responderet. Quid igitur falsitatem  
 harum translationum docet? Non puncta; sed analogia fidei  
 et contextus. Sic, quoniam LXX. interpres vocem עֲנָנוּ per  
 respondere transtulerunt; haec autem translatio praesertim con-  
 tra analogiam fidei pugnat; ea omnino est reiicienda: non,  
 quia secundum codicem non punctatum est facta, sed, quia ab-  
 fulta involuit. Obiectio proinde ista esset irrita.

### §. XIX.

II. Docet experientia, scripta Rabbinorum, punctis omni-  
 bus destituta, legi, intelligi, explicari posse. Conscientur, non  
 quidem hebraeae linguae nouitii, qui ad summum nil nisi dicta  
 classica in systematis theologicis necessaria, in latinam lin-  
 guam

quam transferre possunt; sed viri exercitatores, quibus non  
 codicem solum, sed et scripta hebraeorum alia saepius perlegere,  
 volupe est: hi, inquam confitentur, libros sine punctis facilius  
 posse legi; et puncta saepius impedimenta lectionis esse.  
 Si igitur scripta Rabbinica sine punctis possunt legi et intelligi;  
 cur non etiam Codex sacer, vocalibus et accentibus substitutus?  
 Non mihi ignotum est, quid Buxtorfius, quid alii hic obiiciant.  
 „Magnam intercedere, dicunt, inter codicem sacrum et scripta  
 „rabbinica differentiam, tam in scriptura, quam in stilo, in rebus  
 „ipsis, ac in mediis discendi. 1, scripta rabbinica et talmudica,  
 „niant, punctorum defectum matribus lectionis נ resarcire,  
 „vt facile hinc liceat, de punctis substernendis conjecturam ca-  
 „pere. Codicem sacrum autem omittere eas matres lectionis  
 „saepissime, etiam iis in locis, vbi minime omnium omitti de-  
 „buissent. 2 stylum Rabbinicorum scriptorum plurimorum satis  
 „plenum esse et perspicuum, quemadmodum Kimchii, Abarba-  
 „nelis, R. Bechai aliorumque commentaria docent. Si autem  
 „genus dicendi hiulcum, asperum, concisum et impurum oc-  
 „curreret, ad eos quoque scopulos, peritissimos literaturae Rabbi-  
 „nicae hancrere. Contra stylum biblicum, in libris propheticis  
 „maxime, adeo laborare, vt in eius, quamvis omni punctorum  
 „apparatu instruti, expositione variis modis dissideant hinc Iu-  
 „ydae, hinc Christiani, textumque non punctatum exercitatissi-  
 „mi vix emendate satis ac accurate legere valeant. 3, Res ipsas  
 „in scriptis Rabbinicis captum ingenii humani haud excedere, et  
 „plurimas ex scriptura sacra iam esse notas. Codicem autem  
 „hebraicum primum oraculorum diuinorum fontem esse, cuius  
 „mysteria ingenii humani captum longe transcendent. 4, Deni-  
 „que olim, cum nulla extitissent puncta, non aliud fuisse discen-  
 „di medium, praeter viuam vocem, quae eiusdem soni vocales  
 „vel plane non, vel aegre admodum discerneret, quaeque adeo  
 „punctorum rationem via accurata instillare potuerit. Nos autem  
 „hodie ad non punctatos codices non prius accedere, quam ex



„punctatis textibus affatim perspectis, aequae ac e grammaticae  
 „praeceptis, de vniuersa punctorum ratione tyroni constet. At  
 non eae sunt hae obiectiones, quae tremere nos faciant, si mo-  
 do laruam ipsis detrahamus. Quod enim numerum I attinet, re-  
 spondeo, illo ipso tempore exulare incepisse matres lectionis,  
 cum signa vocalium et accentuum adiici scripturae sacrae coe-  
 perunt. Existimat quidem Buxtorfius, hoc Iudaeorum supersti-  
 tionem haud permisisse, siquidem hi omnem librum sacrum, in  
 quo plena vox scribatur defectiue, aut defectiua plane, pro profa-  
 no habuerint. Sed hunc canonem nec ab omnibus, nec omni tem-  
 pore esse obseruatum, iam ex eo constat, quod reuera mutatio-  
 nes quaedam circa literas in Codice sint factae, quem nihilomi-  
 nus, ut diuinum, assumserunt. Est igitur obiectio haec, nulla.  
 Ad 2. Concedo in scriptis Rabbinicis exercitatissimos saepe haes-  
 tere. Sed quaenam huius haesitationis est ratio? Non absentia  
 punctorum, sed id, quod ipse aduersarius innuit; genus scil-  
 dicandi hiuncum, asperum, concisum et impurum. Ita res in  
 Codice sacro se habet. Permulti librorum sacrorum stilo histo-  
 rico, id est plano et faciliter sunt scripti; qui ab exercitatis facilis  
 sine, quam cum punctis, possunt legi. Multi librorum autem  
 stilo poetico sunt conscripti. Hi, confitendum est, multas mo-  
 uent difficultates; nimirum, non propter defectum vocalium,  
 sed propter concisum, figuratum ac sublime dicendi genus; propter  
 profundum saepe, et nonnisi cum sudore inueniendum cogitationum nexum. Puncta, in his libris adiecta, tantum tironibus  
 sunt adiumento; at neutiquam sufficienti. Exercitatores  
 puncta statim adiicere possunt; nihilominus difficultates ad-  
 sunt; dubitationes ac haesitationes occurunt, genere dicendi sic  
 efficiente. In obiectione 3, aduersarius ita argumentatur: Res  
 in scriptis Rabbinicis contentae, captum ingenii humani non ex-  
 cedunt. Ergo, scripta Rabbinica sine punctis legi possunt. Res  
 autem in S. S. obuiae, captum ingenii humani excedunt. Ergo  
 S. S. sine punctis legi non potest. Sed haec argumentatio, aut plane  
 nullia

nulla est, quid enim rebus cogitatis cum modo, eos cum vel sine punctis scribendi, est negotii? aut, si vel quodammodo realis esse debeat, iam supponendum est, scripturam propter absentiam punctorum fore incertam ac dubiam. Supponeretur autem ita aliquid, quod demum est demonstrandum. Praeterea etiam notum est, in libris Rabbinicis multa extare, quae ex scriptura sacra haud sunt nota, et tamen legi ac intelligi possunt. Porro etiam id haud praeterendum, oracula S. sacrae, Mysteria tradentia, in iis libris occurtere, qui aut historici sunt, aut, si poetici sunt, non tamen eum in gradum sublimitatis ascendunt, in quo liber Iobi eminet. Quam multa oracula divina, in pentateucho inueniuntur! Quam multa in prophetis prioribus! Quam multa in Ieremia et Ezechiele! Quam multa in scriptis Iesiae et Dauidis; quae posteriora, quamquam poetica, non tamen talia sunt, quae insolubiles pariant difficultates. Nonne ex his omnibus mysteria redemptionis, incarnationis filii dei, passionis et mortis eius hauriri possunt? Nonne in his omnibus, clara, mysterii Trinitatis vestigia monstrari, et cum certitudine monstrari possunt? Apparet ex his, obiectionem 3. omni destitutam esse vi. Quod autem ad ultimam attinet, in qua cardo rei in hoc versatur: Olim facultatem, sine punctis legendi, acquisitam esse per viam vocem; hodie acquiri per praecepta grammatices et lectionem codicis punctati: ea plane nihil ad rem facit. Certum quidem est, nos non solum lectionem codicis non punctati tunc demum instituere solere, quando textum punctatum bene perspeximus; sed scripta etiam non punctata a nobis legi non posse, nisi antea grammaticam bene intelleximus; quoniam scilicet ad lectionem sine punctis, solida flexionis verborum, formationis nominum, ac multorum aliorum cognitio requiritur. Hanc autem solidam cognitionem non ex usu, sed ex grammatica comparare nobis possumus, quoniam neque inter Hebreos nascimur, nec educamur, neque cum iis hebraice colloquimur. Nos igitur hebreos fieri oportet, priusquam scripta non punctata



ctata legere volumus. Sed ex hoc nullo modo sequitur, Codicem sine punctis cum certitudine legi non posse, quamquam scripta rabbinica legi ita possint. Hoc tamen erat aduersariis probandum, quippe qui discrimen inter codicem hebraeum, et scripta Rabbinica ostendere volebant.

### §. XX.

III. Alias et tales sacro textui adiicere vocales, quibus peruersus, corruptus et blasphemus sensus emerget, hac praetexta causa, puncta non ab ipsis viris Θεοπνέουσι esse addita; mutationem igitur eorum esse licitam: hoc, inquam, hodie nulli mortalium licet. Est enim Codex noster RECTE punctatus. Veritates diuinae, in eo contentae, sunt ad intentionem et sensum spiritus sancti expressae. Demonstrari hoc potest quam certissime ex novo Testamento. In novo testamento vaticinia de optimo salvatore nostro, eo in sensu allegata inuenimus, quo ea in codice ebraeo nostro legimus. Multa alia effata Davidis et Prophetarum ab Apostolis adducuntur, ita, ut, si essentialia dictorum species, nulla mutatio, nulla corruptione veteris testamenti ibi appareat. Historia Abrahami, Iacobi filiorumque eius ac posteriorum, in Actis Apostolorum ita referatur, ut in libris Mosis legitur. In ipso codice hebraeo historia eadem, diuersis in libris enarrata, plerumque eandem habet faciem, non corruptam aut depravatam. Ex quibus, codicem nostrum recte punctatum esse, certissime constat. Si autem recte punctatus est, nemo, ut alia adscribat puncta, sibi sumere debet. Mutationis enim punctorum nullam aliam proferre potest rationem, quam arbitrium suum. At! quam suspecta haec est ratio! quam debilis tanta in re! et quam abominabilis, si circa diuina versatur! Talem turpem, stultis nasutulis propriam, curiositatem quemque ex animo suo delere oportet.

### §. XXI.

## §. XXI.

Aliud argumentum theologicum est, quod a definitione scripturae sacrae, omnibus promiscue hominibus, etiam illiteratis, facta, petitur. Dicunt scilicet aduersarii, non solis prudenteribus, literarum peritis et doctis, sed omnibus promiscue, viris, mulieribus, senibus, adolescentibus codicem legendum oculos positum esse a Deo. Iam, cum, si punctis textum orbaueris, nunc ob literarum **לֵוִי** defectum, nunc ob structuram, vocum, in varios sensus flexilem, nunc ob alias ambiguitatis causas, vera et genuina lectio in quamplurimis locis, bene exercitatos doctosque viros fugiat; quid hominibus simplicibus et literarum rudibus, faciendum esset? cert. Hoc in arguento duo affluntur; scil. lectionem sine punctis I. esse ambiguam, ita saepe difficilem, ut ipsi eruditи assequi eam non possent. De ambiguitate superiores nostri paragraphi sunt conferendi. Quod autem ad difficultatem attinet, quae in lectione sine punctis saepe se exerit, concedo quidem, adesse loca nonnulla difficiliora, quae eruditis sudorem elicere possunt: quorum autem difficultas non tam a defectu punctorum, quam a stilo dependet, ut supra iam monui. At! haec difficultates, scripturae sacrae detrimentum haud important. Si enim detrimentum importare deberent, tot, dicendum esset, et tam grauia inter loca difficiliora pertinere, ut vulgus salutarem dei cognitionem, sive ex scriptura sacra haurire, haud possit. Quis autem hoc assereret? Sane! summa codicis inscitia aliquem laborare oportet, si serio id vindicare vellet! Plurima loca ita sunt plana, clara ac evidentia, ut a quoouis homine rudi, legi et intelligi possint, ut proinde ea, quae ad aeternam salutem consequendam sunt necessaria, ex locis iis discere, sibique imprimere possit. Distinctioni igitur scripturae sacrae per difficultates illas nihil decedit. Id quod etiam inter alia exinde apparet, quoniam, etiamsi codex sit punctatus, itaque ab omnibus possit legi, semper tamen loca difficiliora, quae quoad explica-



explicationem difficiliora sunt, remanent. Inspiciamus modo Pfeifferi Dubia vexata, vbi obstupescemus aspectu multitudinis locorum, vbi aut de vocibus, aut de sensu incerti sumus; obstupescemus, quando ipsae decisiones litem sub iudice relinquere, videmus. Nihilominus dicimus, et omni iure ac rectissime<sup>m</sup> Nihil, scripturam sacram nos posse σοφίαν εἰς σωτηρίαν; quoniam scilicet dubia illa de rebus, aut plane non, aut tamen non ita ad salutem spectantibus, agunt, ut sine eis veritas quaedam fundamentalis et necessaria, periret. Sic res etiam se habet in iis locis codicis non punctati, quorum lectio-  
nenon nonnisi eruditii assequi possunt. Rudes ex legis quaerere oportet de vera lectione, quemadmodum hodie ex Theologis de vero sensu quaerimus. Qui autem quaerere, nec ipsi inquirere nolunt, contenti sint locis illis planis, quae legere et intelligere possunt. Vuiant toto ex pectore ad normam, quam "praescribunt; et sic finem scripturae sacrae, aeternam salutem, assequuntur.

## §. XXII.

Vltimum argumentum, aut ad theologica, aut ad histo-  
rica, aut ad utraque simul referendum, desumitur ex verbis  
saluatoris nostri Matth. V, 16. coll. Luc. XVI, 17. Vbi de  
*κέρασος* hoc est, ex sententia aduersariorum, de punctis vocali-  
bus, eas vñquam interituras esse, negat saluator. Conclu-  
dunt exinde, puncta, Christi iam aeuo, Legi fuisse adscripta. Sed,  
posito, quod hic de punctis vocalibus sermo sit, tamen nihil  
dicitur eo in dicto, de diuina earum origine. Adsuissent  
quidem tunc, sed potuissent nihilominus post tempora Esrae  
addi. Ipsi aduersarii hic nonnisi probabiliter concludunt;  
et etiam aliter concludere non possunt. Interea praecipua  
haec est quaestio, quid vox *κέρασος* significet? Est omnino εξα-  
γόνιον, vocem hanc corniculum significare. Docet id vocis  
origo

origo a nomine κέρας, cornu. Euincunt id doctorum virorum suffragia. cf. Io. Marckii syll. Dissert. Philologico theol. ad select. Textus N. T. Exercitat. III. p. 84. seqq. Corniculum autem est idem, ac pars aliqua literae, etiam minima. Dicunt quidem aduersarii, hanc explicationem textui non congruere, siquidem sensus eo rediret: non peribit de lege Iw. vnum, sive litera aliqua, etiam minima, vel literae cuiusdam apex. Sed eam congruere, ostendit Danzius Literatore §. VI. p. 65. ubi, saluatorem a minori ad maius argumentari, dicit, ita nimurum: *nulla litera*, synecdochice per literarum minimam Iod intellecta, quin nec literae particula peribit; *nedum integravox*, *nedum res illa*, *quantumvis minima*. Opponunt aduersarii porro; intemeratam legis diuinæ puritatem, in omne aeuum permansuram, asserturum saluatorem, eas nominare legis partes, quibus non percuntibus, ipsam legem non perire. Has autem esse literas et vocales, quae ad scripturæ integritatem omnino pertinerent. cet. Sed non perpendunt, literas et vocales ad linguam, vti ad omnem, ita et ad hebraeum, qua pronunciationem requiri. Quod autem vocales et accentus ad scriptionem quoque hebraeam pertineant, et necessario requirantur, id est, quod negatur. Scripta rabbinica corrupta ideo dici non possunt, quod punctis carent; sunt, ceteris paribus, integra dicenda. Sic codex integer est dicendus, quamvis non punctatus. Corruit igitur et hoc argumentum.

### §. XXIII.

Haec sunt, Lector! quae legi, argumenta. Vidisti, vnumquodque eorum laborare et semper aliquid relinquere, quod aut nondum est probatum, aut probari nequit. Vidisti etiam, Codicis nostri autoritatem neutiquam perdi, si puncta diuina negantur. Assumamus igitur eum, nec hoc ex capite, quod puncta eius non statim sint addita, eum abiiciamus. Discamus

E

ex eo



ex eo, Deum et Redemptorem nostrum gloriosum in intimo  
pectoris antro amare, adorare, venerari. Discamus alios ho-  
mines, creaturem Dei, peccatores quidem, sed sanguine Christi  
redemptos, eo amore prosequi, quo nos ipsos persequimur.  
Corroboremus ex eo fidem nostram, ut coronam fidei, nempe  
salutem aeternam, acquiramus, et sacro sanctam Tri-  
nitatem futura in vita, in aeternum celebrare  
possimus.

SOLI DEO GLORIA!



NOBI

NOBILISSIMO AC DOCTISSIMO  
CHRIST. CAROL. FRID. SCHARTOWIO

S. P. D.

IO. GOTTFR. TYMPIVS

THEOL. ET LING. SACR. ATQVE ORIENT. RELIQV,  
P. P. O.

**P**raeclarissimum vtique est diuinae prouidentiae documentum quod iam a multis retro seculis monumenta sacra in varias linguas sunt translata, vt unusquisque, mentem rite dispositam ad plana et manifesta loca, cum aliis insuper collata, adhibens, quod ad salutem confequendam sufficiat, sermone sibi vernaculo perdiscere possit. Facile tamen intelligitur et certiore et abundantiore diuinorum consiliorum cognitione instru-ctum esse debere illum cuius munus exigit ut aliis suae fidei commissis doctrina et praecepsis praebeat, ac offendicula tollat, haerentibusque expeditat, obloquentes autem compescat. Sed certus ac plane convictus de veritate diuina fieri nequit, nisi suis oculis ex ipsis singulare plane numinis beneficio ad nostram vsque aetatem perlati tabulis vtriusque testamenti authenticis ipse viderit a deo veracissimo Legatis suis patefacta esse ea, quae auditoribus suis ut credenda et facienda commendare conatur. Temere autem credere, seque in via ardua et praecipitiis cincta opinioni alius interpretis, ad lapsum proclius, et erroribus obnoxii, incertae et haud exploratae peritia secure tradere ducendum, periculosum nimis est, ac turpe quoque se ducem itineris venditanti. Cumque præterea sit impossibile eadem perspicuitate eodemque valore atque etiam vberitate sermonem auctoris cuiusdam in aliam vbiuis transfundere linguam; quod de quibuslibet, quamvis sub eodem coelo cultis, quotidiana docet experientia, ac de Ebraea, graece reddenda, dudum fassus est in vtraque versatissimus Siracides, in prologo suo libro præmisso



misso, quanam quaeſo arte ad accuratiorem et insitam vim nativumque ſenſum diuinorum oraculorum perduci poterit praediis iuſtæ exegēſeos deſtitutus, et ſufficiente notitia iſtorum verborum atque elocutionum, quibus ſunt expreſſa, carens? Numquid vero ſancti ſpiritus eloquia forte ſatis digna non ſunt quae plenius perciptiantur, et latentes in iis theſauri omni virium contentionē in diuini velut fodina ſcrutentur aliis exponendi, ab iis potiſſimum qui arcanorum coeleſtis ſapien-  
 tiae Myſtagogi eſſe debent? Dolendum igitur magnopere eſt quod hiſ temporibus peſtilens quoddam fidus, in iſtans certiſſimum, quod deus avertat, religionis detrimentum multos admodum afflauit, et veterum grauiſſimum offudit, effecitque ut linguarum omnisque ſolidae diuinarum rerum ſcientiae imperiti, quid quod in ipſo biblioſorum verſione vernacula hospites, atque eorum quae in quotiſ volumine ſacro iuſta ſerieſ recenſentur ignari, ad ſpartam diuini verbi preeonis graſſari audeant. Sci-licet, de pane tantum lucrando ſoliciti, ſic ſatis cgregie ſtrenue-que rem ſuam egiffe putantes, ſi ventoſam ſuam doctri-na am-pullis vacuis et ſequipe-dali-bus verbis in publica concione proiecerint, et loquaciſ bla-teroniſ larua plebe-rem deluferint, atque ebuccinarint, non dei verba, ſed quae anxie corraferint e lu-tu-lentiſ laepe lacunis. Hi ipſi ſane erunt qui molles ſibi ſub-ſterni pulvilloſ, quibus indormiant ſtertenteſ, exiſtimabunt, quando cognouerint etiam Viros, caetera doctoſ, et in dignitate conſtitutoſ, palam aſſerere haud vereri rei literariae, linguarumque Latinae, Graecae, Ebraicae et antiquitatum, et, quae hiſ fundamen-tiſ ſuper-ſtruitur, iuſtæ exegēſeos ſcientiam ad ſacrum officium preeclare obeundum non modo non neceſſariam eſſe, ſed etiam remoras et impedimenta obiicere in ſcholiſ atque aca-de-miis aliis longe artibus et exercitationibus bene formando conſcionatori probato. Verum hi viderint, quod ad Ebraica, quid oggerant ſummo ſacrorum vindici Lutherio in commenta-rio in Ps. XLV. ſcribenti: *Scio quantum mibi contra meos ho-ſtes profuerit cognitio Ebraeae linguae quare bac quantula-*

cun-

cunque cognitione infinitis millibus aureorum carere nolim.  
 et vos quoque dabitis operam, qui aliquando docebitis religionem,  
 ut hanc linguam discatis, si non pecora campi et indoctum vulgus haberi vultis, quod editis germanicis libellis ad-  
 jutum **VTCVNQVE** euangelia dominicalia et **Catechismum**  
 docet. TV autem VIR NOBILISSIME in alia longe es-  
 sententia, qui veritatis accurate cognoscendae sincero amore  
 impulsus in umbra versionum iners latere renuis, sed originalis  
 sermonis clarissima luce collustrari percupis, quin etiam Ara-  
 bicae sororis ope germanam Ebraeam proprius adhuc cognoscere  
 eiusque frontem exorrectam contueri magna cum laude  
 laboras. Quam vero cum hac familiaritatem impenso studio  
 iam contraxeris, propediem in publico certamine, pro assertis  
**CLARISSIMI TVI PRAESIDIS** strenue propugnaturus, expli-  
 care aues. Gratulor igitur laeto animo TIBI egregios hasce  
 conatus, quos imitentur alii, et summi numen enixe precor  
 vt saluum TE semper atque incolumem seruet, TIBIque omni  
 felicitatis genere aucto vires facultatemque gratiosissime largia-  
 tur, quo in magnum rei Christianae emolumentum studia

**TV**A exoptatissime vergant. Dabam lenae, d. 22. Nov.

A. R. S. c 1919 C LXIV.

ROM

NOBL



NOBILISSIMO ATQVE DOCTISSIMO  
CHRIST. CAROL. FRID. SCHARTOWIO

S. P. D.

FRIDERICVS SAMVEL ZICKLERVS, D.

**Q**uum eruditio vel exquisitissima nullius fere pretii esse videatur atque momenti; si occulta est et spissa quasi nocte oppressa iacet, laudandum omnino est, quod cepisti, consilium, singularem, quam TIBI parasti, doctrinam in sollemini doctorum virorum conuentu edendi, quandoquidem veram TE studiorum iniisse rationem et eam, quae ad genuinam dicit sapientiam, viam ingressum esse, luculentum exhibit testimonium. Sunt quidem complures, qui facili et vulgari rerum humanarum diuinuarumque notitia imbuti studio satis mediocri et exiguo temporis spatio se totum eruditionis campum emensos esse, persuasum habent. Ar suam eos fecellisse opinionem, sine spe damni, quod olim sentient, reparandi experientur. In aliam plane TV abis sententiam. Postquam enim in academia Halensi insignem in acquirendis litterarum ornamenti collocasti diligentiam; in nostrum quoque musarum domicilium concessisti, non ad perpoliendum modo sapientiae humanae praeceptis et linguarum, quibus oracula diuina consignata sunt, litteris ingenium, verum etiam ad varias sanctioris scientiae partes perdiscendas. Laetor proinde de fortunato hoc rerum TVARVM statu, et nullus dubito, fore ut industriae TVAE praemia consequaris exoptatissima. Deum T. O. M. precor, ut TE omnibus felicitatum generibus cumulatum florere iubeat et donis IN TE collatis incrementa addat, quo multum ex TE utilitatis in sacram Christianorum ciuitatem redundare possit. Scribeb.

Ienae d. xxx. nouembr. a. r. f. c*ccccc*lxiiii.

NOBL.

NOBILISSIMO ATQVE DOCTISSIMO  
RESPONDENTI

CHRIST. CAROL. FRID. SCHARTOWIO

BEROLINENSIS

S. D. P.

FRIDERICVS THEODOSIVS MULLER,

THEOLOG. DOCTOR HVIVSQUE PROF. PVBL. NEC NON  
SACRI SENATVS ASSESSOR ET IN MINISTERIO SACRO  
VERBI DIVINI MINISTER SENIOR.

**E**rectioris mentis ciuibis litteratae reipublicae TE an-  
numerandum esse confiteor, politissime sc HARTOW, qui  
finem principem, cur in academiis versentur, semper ob ocu-  
los habentes, in eo omnem collocant operam et diligentiam, vt  
doctrinis utilissimis imbuti, instrumenta aliquando existant digna  
et idonea, per quae gloria Summi Numinis atque ecclesiae et  
reipublicae salus promoueat.

Praestantissimo ingenio instructus, media ad hunc finem  
obtinendum elegisti optima, et in praelectionibus doctissimorum  
virorum, imo etiam meis, familiare cum diuinis humanisque  
scientiis iniisti commercium.

Exitus acta probat; et quam egregie caussam TVAM gesse-  
ris, ex publico eruditionis TVAE specimine appetet, quod in  
cathedra academica edis, sub moderamine Clarissimi Praesidis  
TVI. De quo felicissimo conatu TIBI toto corde gratulor, si  
etiam forsitan placitis TVIS non semper calculum adiiciam, et  
Deum O. M. precor, vt stadium, quod ingressus es, cum lau-  
de emetiaris et absoluas, atque rei christianorum sacras multa  
aliquando afferas commoda. Vale, et quod ingenuorum fert  
consuetudo, res TVAS porro age feliciter! Ienae die v. Dec.  
a. r. s. MDCCCLXIIII.

F

VIRO



V I R O

NOBILISSIMO ATQVE DOCTISSIMO  
**CHRISTIANO CAROLO FRIDERICO**  
**SCHARTOWIO**

S. P. D.

**P R A E S E S .**

Duo praeferunt sunt, quae bonarum literarum cultori obseruanda veniunt. Alterum, ut vires ingenii atque iudicij sedulo acuat. Alterum, ut variarum veritatum thesaurum non mediocrem colligat. Sine illo non nisi blatero erit inter eruditos, de omnibus garriens et nihil solide percallens. Sine hoc autem vel optimum ingenium rubiginem sentiet nec ea praestabit, quae praeflare potuisset. Neutrum illorum sine industria perdurante potest acquireti. Si quis igitur laboris sudorem hanc fugit, simulque omnes animi nerous intendit, ut homo subtilis ingenii et multae lectionis euadat; de eo societati eruditorum, ut de novo sodali, coequo optimo est gratulandum. Me igitur gratulari oportet orbi eruditio de TE, VIR NOBILISSIME! qui pertines ad numerum eorum, de quibus iam locutus sum. Nullum mihi remanet dubium, te scientiis bonis perutilem atque iis magno futurum esse honori, qui TIBI propingua cognatione sunt coniuncti; in quibus Magnus ille Theologus Hamburgensis, Fridericus Wagnerus, SS. Theol. D. eminet, nunc quidem inter coelicos viuens, at in omnium tamen mentibus haerens atque sermonibus.

Coronet Deus te, FAVOR AESTVMATISSIME! TVA que negotia, larga benedictione sua. Vitam longissimam eamque felicissimam TIBI donet. Sic opto, sic spero.

OMV

I

VIRO



VIRO

PRAENOBILISSIMO ATQVE AESTVMATISSIMO

CHRIST. CAROL. FRID. SCHARTOWIO  
RESPONDENTI DOCTISSIMO

SVO

FAV T ORI ET AMICO

S. P. D.

IO. GOTTLIEB. WALDIN

PHIL. DOCT. ET AMPL. PHIL. ORDIN. ADIVNCTVS.

Ex quo tempore TVA, VIR PRAENOBILISSIME, conuersatione sum vsus, teque ex ea proprius noui, te litterarum aequae ac virtutis amantissimum et studiofissimum compieri. Quam humanissime a te inuitatus ad certamen litterarum eo lubentius accedo, quo magis TVAM humanitatem indefessamque in litteris proficiendi diligentiam cognitam habeo perspectamque. Praeclara sunt TIBI exempla eruditionis et virtutis, puto gloriam maiorum TVORVM, in quorum numero etiam est ille magnus WAGNERVS, Senior Hamburgenfis meritissimus. Haec imitare! Dubium non est, quum studio philologico haud leuiter sis imbutus, quin TVA disputatio publica optimum habitura sit exitum, quem TIBI et TVIS ex animo gratulor; et opto vt, sicuti adhuc in litteris progressiones fecisti laudabiles: ita etiam pergas, donec TVA eruditio gloriae maiorum TVORVM respondeat. Vale meque diligere perge d. xv. Dec.

1919 CCLXIII.

OKV

F 2

NOBL-

42

NOBILISSIMO DOCTISSIMO  
DOMINO,  
**R E S P O N D E N T I**

S. D.  
M. P. I. BRVNS.

**N**on sunt e longinquo repetenda rationes, quapropter **TIBI**  
de laudabili instituto gratuler, vt disputationem strenue  
defendas. Est enim opus, quod moues, sane magnum ex quo  
feliciter gesto honoris decorisque fructus redundabunt. Publice  
enim ostendes, quantos in nostra Academia progressus feceris,  
et quamam spem de **TE** optimo iure quilibet bonus concipere  
possit. Itaque licet dissentire videbor, tamen gratulantium  
numero etiam me addam. Caeterum valeas opto, faueas,  
rogo. **Dab. Ien. d. xv. Dec, MDCCLXIV.**

**VIRO**



V I R O

PRAENOBILISSIMO ATQVE DOCTISSIMO  
CHRIST. CAROL. FRID. SCHARTOWIO

S. P. D.

IOA. ANDR. HEVELCKE,

CONICIAE POLONO-BORVSSVS, SANCTIORIS  
DOCTRINAE CVLTOR.

**E**x eo tempore, quo TVA in me benignitate TVIS me adnumerare mihi licuit, egregium quoque, optimisque dotibus ornatum, animum TVVM perspiciendi numquam mihi defuit nec rerum nec temporum opportunitas. Inueni TE nullo non tempore Diuini Numinis amatorem, legumque ipsius, quae maximam secum coniunctam habent obligationem, obseruatoriem; perspexi, quantus sit TIBI litterarum amor, quanta musarum aemulatio; erga me ipsum denique TE talem praebuisti, qualam se praebere conuenit ei, qui leges amicitiae non fucatae non solum norit, sed eas quoque quam sanctissime obseruat. Quae quum ita sint, vt sunt, pericundum mihi est propositum TVVM, numquam satis laudandum, de specimine eruditioinis atque doctrinæ TVAE, quam non mediocrem essi scio, publice edendo. Nolo illud laudibus meis efferre, quium amicus TVVS sim et laus TVA, meo ore pronuntiata, adulatiois forte atque simulationis personam posset induere. Ne tamen officio meo desim, publico hoc scripto atque ex animo TIBI gratulor faustum propositi TVI exitum, cuius omen TVA doctrina atque dexteritas optimum praebet. Crescat in dies laus TVA atque gloria! Summum, quod colimus, Numen TVIS conatibus benedicat, vt, quae addere adhuc cupis TVO honori, felicissimo successu TIBI eueniant! Vigeas ipse, floreat gens TVA splendidissima! Vale, mihi que faue!

Dabam Ienae, viii. Iduum Decembbris Anni a C. N.

c*lio*c*c*c*l*x*iiii*.

F 3

VIRO

V I R O  
 NOBILISSIMO AC DOCTISSIMO:  
**S C H A R T O W I O**  
 DEFENSORI DISSERTATIONIS STRENVO  
 AMICO SVAVISSIMO  
 S. P. D.  
**GERHARD. GEORG. CAROL. SCHVBERT**

L V B E C E N S I S  
 PHILOSOPH. AC SACRAR. LITERAR. CULTOR NEC NOM  
 SOCIETATIS DUCALIS IENENSIS TEVTONICAE  
 COLLEGA ORDINARIUS.

**Q**uid est, quod cesserem animum meum **TIBI**, RESPONDENS GRA-  
 VISSIME, declarandi gratissimum, quum cathedram ascenden-  
 do, publicum eruditionis **TVAE** spccimen edis. Nam quum nemo non  
 diligentiam, humanitatem, mores **Tvos** habeat perspectos, quibus in hac  
 mularum sede deditus fuisti; et vnuisque certissime praeuider capi-  
 que augurium fore, **TE** talem gerere, quamle munus hodie suscepimus,  
 a **TE** postulat, h. e. strenuum dissertationis defensorem. Itaque gratu-  
 lor **TIBI**, **Tvoque** grauissimo PRAESIDI (cuius solida doctrina, pe-  
 litaque disputandia ars, quum ruper dissentientis partes contra me in se  
 suscepisset, me non fugit,) gratulor, inquam, **VOBIS** de honore ac  
 plausu quo cathedram derelicturi es. Sed gratulor quoque Patriae,  
 mi **SCHARTOWI** de **TE**, cive, omnibus solidae eruditionis praemius  
 digno, atque Deum ex animo precor sincerissimo vt omnibus vetis **TVIS**  
 quam clementissime annuat. Ceterum vero, vt amicitia **TVA** semper  
 me dignum iudices, commendatissimumque in posterum habeas, atque  
 a me sis perfusus, **TE** tanti aestimari, id est quod enixe rogo.  
 Dabam e Museo d. **xiii.** mense Dec.

Hoc

Hoc erat in votis, VIR PRAECLARISSIME, DOCTISSIME,  
 AMICORVM SVAVISSIME, vt Tuam, quam semper in me  
 collatam benevolentiam grata memoria perspexi, verbis quoque ac re  
 declarare posse, mihi daretur. Ante septem enim, et quod excurrit  
 annos quo quidem ex tempore in Tuam me recepisti familiaritatem;  
 maximam ex ea voluptatem cepi, atque oblationem. Pergata igitur  
 occasio mihi fuit et exoptata, de ista laude atque gloria, quam ut stren  
 uus disputationis defensor merito consequeris, Tibi congratulandi, ac  
 ardentissima pro Tua salute vota precandi. DEVS ter optimus ma  
 ximus nullis Tibi conatibus desir, sed quaevis fausta atque fel  
 licia euenire iubeat. Seruet Te quam plurimos annos, seruet Te, vt  
 patriae ornamentum, ac splendidissimae Tuae familiae praesidium ac  
 dulce decus esse possis. Valeas semper, mi SCHARTOWI, valeas  
 meque Tibi habeas commendatissimum rogo aequa ac contendeo.

Dabam Ienae VII. Iduum Dec.  
 A. CIO MCCCLXIIII.

GEORGIVS HENRICVS HAESELER,  
 Hamburgensis.  
 Sacrarum Litterarum Cultor

## CORRIGENDA

- Pag. 10. pro arcentur lege: arcentur  
 Pag. 11. pro sabbatisas lege: cabbalistas  
 Pag. 15. pro charalles lege: charalles  
 Pag. 14. pro pronocatas lege: procuratae  
 Pag. 27. pro vidia lege: vidiae  
 Pag. 23. pro עַבְדָּה lege: עַבְדָּה  
 ibidem pro הרעם lege: תְּרֻעָם  
 Pag. 24. pro בְּטַחֹת lege: בְּטַחֹת  
 Pag. 25. pro אה-הערום lege: אֲתִ-הָעָרָם  
 Pag. 31. pro אוֹל lege: אוֹל

Jc 335

Vd 18



Sb.

Von

NE





an 13. H

DIVINA PVNCTORVM  
VOCALIVM ET ACCENTVVM  
CODICIS HEBRAEI ORIGO NONDVM  
DEMONSTRATA.

DISSE<sup>T</sup>AT<sup>O</sup> CRITICA

QYAM

AMPLISSIMO PHILOSOPHORVM ORDINE  
CONSENTIENTE  
SVB PRAESIDIO  
ERNESTI AVG. GVILIELMI  
HOERSCHELmanni

PHILOSOPHIAE DOCTORIS IN ACADEMIA IENENSI

PVBLCAE ERVDITORVM VENTILATIONI

SVBIICET

CHRIST. CAROL. FRIDER. SCHARTOW

BEROLINAS,

S. S. TH. NEC NON L. L. O. O. CVLTOR.

IENAE, DIE XV. DECEMBER. MDCCCLXIIII.

LITERIS STRAVSSIANIS.